e-codices

caui · adduxi eum · & prosperum iter eius feci ;
Accedite ad me · & audite hęc ; non a binitio lo
cutus sum · ℟ Cum fierent illic eram ; Et nunc
dn̄s misit me · & sp̄s eius ; Quis est qui dicit · mi
sit me dn̄s · & sp̄s eius · ℟ Nisi quiuenit a patre · ut
saluos faceret peccatores · ℟ Quem ut audis · &
sp̄s misit ; ne cum legis quia filius sp̄m mittit ·
inferioris esse sp̄m crederes potestatis · Ergo
& pater filium misit · & sp̄s ; sp̄m quoque & pa
ter misit & filius ; pater misit · quia scriptum
est · Paraclitus autem ille sp̄s sc̄s · quem mittet
pater in nomine meo ; Filius misit · quia dixit ·
Cum uenerit autem paraclitus · quem ego mittā
uobis a patre meo · sp̄s veritatis ·

·II·

Si ergo se inuicem filius & sp̄s sc̄s mittunt · sicut
pater mittit · non subiectionis iniuria · sed com
munitas potestatis est · Nec solum misit pater
filium · sed etiam dedit · sicut se ipse filius dedit ;
Lectum est enim · gratia vobis ad̄o · & patre nr̄o ·
& dn̄o ih̄v xp̄o · qui se dedit pro peccatis nostris ·
Si subiectum in eo putant fuisse · quia missus

Licenza: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 102, p. 148 – Ambrose, De spiritu sancto and De incarnationis dominicae sacramento . Victricius of Rouen, De laude sanctorum (http://www.e-codices.ch/it/csg/0102/148)